

H N H



AB
153545

6 0 3

Christum videre parū est,
sed à cōtro. vivere magnū.

50

P. c 166

Si quis forte roget,
cujus liber hic sit?
amici.

Hermannus Neuvale
optime hic liber est.

Theol. D. VII. 319.

CHRISTUM
VIDERE
PARUM
EST
SICUT
VIVERE
MAGNUM

PROPOSITIONES
AN FILIVS FAMILIAS
ET AN MUTVS ET SVRVS
DVS TESTAMENTVM FACERE
POSSINT:

De quibus Deo iuvante, præside MATHEO ROSELERO Lucano LL. Licentiato, & in Academia Rostochiana Professore, die 12. Augusti publice respondebit Antonius Wittersheim Hagensis.

Ex L. Qui in potestate ff. Qui test. facere possint &c.

ROSTOCHII

Excudebat Stephanus Myliander.

1563.

Handwritten text on the right edge of the page, likely a library or collection number, including the word "Rostochii" and the year "1563".

PROPOSITIONES

An filiusfamiliâs, & an mutus
& surdus testamentum
facere possint.

I.

Filius in potestate patris existens
ius testamenti faciendi non habet.

II.

Quod adeo uerum est, ut quam-
uis ei pater permittat nihilomagus ta-
men testari possit. Quia priuata uol-
untas non debet legibus esse fortior.

III.

Donare tamen potest tam inter
uiuos, quam etiam causa mortis patre
consentiente.

IIII.

Diuersitatis rationem dixere,
quod

quod si filius donat pater donationi,
quoniam ipse donare intelligitur, stabit.

V.

Quare autem filius patre con-
sentiente testamenti factionem non ha-
beat, uaria fuit ab Interpretibus ratio
data. Sed nobis præualere uidetur ea,
qua id ideo fieri uolunt, quod filius in
alterius potestate existens rerum sua-
rum plenissimam, quæ in testamento re-
quiritur, non habeat potestatem.

VI.

Eam rationem sanè & Theo-
philus approbat, cum ait: διαδύνη τῶν
ὄντων ἐστὶ διατελευσίς, & addit: Non enim
existimatur ille, qui in alterius pote-
state est aliquid habere in sua plenissi-
ma potestate.

Az

Si etia

VII.

Si etiam filius testamentum fecerit, deinde post mortem patris, cuius in potestate fuerat, id ipsum noua superueniente uoluntate adprobarit, non tamen ualebit, propterea quod non tempus mortis sed factionis testamenti spectandum est.

VIII.

Excipiuntur ij filij familiâs, qui Castrense uel quasi castrense habent peculium. In quo casu pro patribus familiâs habentur.

IX.

His licebit testamentum facere etiam patre inuito. Nam dictorum peculiorum plenissimam habent potestatem.

In alijs

X.

In alijs peculijs præter recensita
non licebit.

XI.

Nec refert quod in Nouellis di-
citur, filios familiâs de eo cuius patri
non quæritur usus fructus licere dispo-
nere, quomodo uelit, ubi quidam dispo-
nere ad testamenti factionem retule-
runt, & male.

XII.

Error hic inde natus est, quod
interpretes uerbum disponere (Halo-
ander administrare reddidit) pro Iure
testamenti faciendi perperam accepe-
runt, cum Græcæ linguæ gnaris aliud
esse δαίνω & aliud διατίθεσθαι manifes-
tum sit.

A 3

Quo=

XIII.

Quoties tamen pietas suadet filiū familiās etiam de aduentitio uel profectitio peculio patre consentiēte testari posse communiter responsum est, tametsi quidam diuersum senserunt.

XIIII.

Surdo qui omnino non exaudit, & muto qui eloqui nihil potest, testamentum facere non est permissum.

XV.

Aliud Iuris est, si testamentum prius fecit & postea ualetudine aduersa superueniente, uel quolibet alio casu mutus uel surdus esse cæperit: Tū enim ratum nihilominus permauet eius testamentum.

Scien^s

XVI.

Sciendum tamen est legis huius
nostræ ius in eo scilicet, quod muti &
surdi testamentum facere nequeant, di-
stinctionem suam in L. discretis C. quæ
testamenta facere possunt, recepisse,
quod ius hodie sequimur.

XVII.

Nam si coniunctim mutus &
surdus est à natura planè prohibebi-
tur testari.

XVIII.

Si coniunctim mutus & surdus
est ab accidenti, ita eius testamentum
ualet, si propria manu scribere potest,
& subscripsit uel aliud à Principe im-
petrarit.

Si quis

XIX.

Si quis tamen surdus est & articulata uoce loqui potest, is testamenti factionem habet.

XX.

Si quis audire potest sed non loqui, is non aliter testandi ius habet, quam si propria manu scribat, & alia Iuris communis solennia in testando obseruet.

F I N I S.



AB: 153545

ULB Halle 3
 004 977 203



TA 20a

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library inventory number or classification code, including 'M 3011' and '01512740'.







PROPOSITIONES
AN FILIVS FAMILIAS ET AN MVTVS ET SVRVS
DVS TESTAMENTVM FACERE POSSINT:

De quibus Deo iuvante, præside MATHEO ROSELERO Lucano LL. Licentiato, & in Academia Rostochiana Professore, die 12. Augusti publice respondebit Antonius Wittersheim Hagensis.

Ex L. Qui in potestate ff. Qui test. facere possint &c.

ROSTOCHII

Excudebat Stephanus Myliander.

1563.

C3

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library or collection number.

